



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

237. Sabbato. Quomodo B. Virgo excelluerit in mortificatione sensuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Pentecost.

Peria 6. Domin 9. post Pentecost. 425

XVI.
entecost.
atūs.

n Calvario
e vexatum
odoratum

aut purga-
n; deinde
Dominus

morifica-
negem?
magis na-

Dominus
habuit, &
ordido in-
feralia in-

entia vo-
git, quām
siuilior.

Odora-
similia o-
, aut sal-

2. Reli-
extum
uayitate
s eas de-
t cerebri
mbecil-

imbecillitates assiduā bonorum odorum ge-
statione non curare, sed alijs remedijs, quæ
minimē lasciviam redoleant, necessitati meæ
providere. 4. multò minus curiositatis, aut
oblefactionis gratiâ vestes, aut locum, ut
suave quid redoleant, permittere, ne me aut
pudicum minus, aut certè minus cautum
esse prodant. 5. Cùm necesse fuerit ad ani-
marum salutem, aut ad aliquod pium opus
gerendum graveolentiam sustinere, eam
fortiter perferre, nec propter hanc mole-
stiam ministeria charitatis omittere. Deni-
que nihil tam parvum est bona intentione
factum, ex quo specialis non sequatur pro-
fectus, neque ullus quidquam tam parvum
neglit, unde non incurrat meriti detri-
mentum, ait Dominus S. Gertr. Lib. 4. c. 5 o.

MEDITATIO CCXXXVII.

Sabbato Domin. 9. post Pentecost.

Quomodo B. Virgo excelluerit in
mortificatione sensuum.

A spiciam B. Virginem in motionibus cor-
poris, usu linguæ, oculorum, auditûs,
gustûs, odoratûs, moderatissimam, Filioque
Dei, ac sui simillimam. Petam eam imitari.

Conf. 1. Quām profundè B. Virgo pene-
traverit, sequentes veritates. Præstare, ut
Deus amet me amore ardentissimo, quām
ut

226 *Sabbato Dom. 9. post Pentecostem*

ut ego amem me ipsum. Sat luci est in odio
mei amor Dei, Si minimâ sensuum mortifi-
catione mihi accrescit gratia, gloria, Deique
amor aeternus, quid amplius requiro? Scivit
etiam in hac vita esse terminum merendi,
miserendi, finitis nundinis, clausâ eleemosy-
narij januâ, Spes omnes accisas esse. Itaque
omni occasione usa est, qua in abnegatione
sui, & amore Dei cresceret; sicut enim curiosus
èò vicinior est metas, quoè magis à prima
distat linea; sic vicinior Dño quisque est, quod
à se fuerit remotior.

Conf. 2. Proposita hujus septimana, qui-
bus statui sensus meos cohibere ab omni
peccato, vanitate, superfluitate; necessitatibus
virtuti eos applicare, nihil ex nimietate de-
siderij, neque ex præcipiti affectu, sed ex elec-
tione cum tranquillitate cordis omnia age-
re. Postulabo remissionem lapsum per sen-
sus unquam admissorum: Gratiam abundantem,
ut eos cohibeam, intercedente D. Vir-
gine, ad cuius pedes proposita deponam.

MEDITATIO CCXXXVIII.

Dominica 10. post Pentecosten.

Qui conseantur esse in via purgativa;
qui in illuminativa.

Videbo in publicano adumbratum quem-
vis peccatorem, ad gratiam redirentem,

in